Quelle: https://manuscripta.at/?ID=672
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



spiao stadiorꝫ sexaginta ab
urbe: nomine emaus. Et ipsi
loquebant ad inuicem: de ijs
omnibꝫ que acciderant. Et factum
est cum fabularentur et secum
quererent: et ipse iesus appropinquans i
bat cum illis. Oculi autem eorum te
nebantur: ne eum agnoscerent. Et
ait ad illos. Qui sermo
nes iste quos conferis ad inuicem
ambulantes et estis tristes. Et
respondens unus cui nomen cleo
phas: dixit ei. Tu solus peregri
nus es in iherusalem: et non cognouisti
que facta sunt in illa diebus?
Quibus ille dixit. Que? Et
dixerunt. De iesu nazareno qui
fuit vir propheta potens in opere et
sermone coram deo et omni plebe:
et quomodo eum tradiderunt summi
sacerdotes et principes nostri in damp
nationem mortis et crucifixerunt
eum. Nos autem sperabamus quia ipse
est redempturus israel. Et nunc
super hoc omnia tertia dies est hodie
quod hec facta sunt. Sed et mu
lieres quedam ex nostris terruerunt
nos: que ante lucem fuerunt ad
monumentum et non inuento cor
pore eius uenerunt dicentes se ui
sionem angelorum uidisse:
qui dicunt eum viuere. Et abie
runt quidam ex nostris ad monumen
tum: et ita inuenerunt sicut mu
lieres dixerunt. ipsum uero non inue
nerunt. Et ipse dixit ad illos.
O stulti et tardi corde ad cre
dendum: in omnibꝫ que locuti
sunt prophete. Nonne hec oportuit pa
ti christum: et ita intrare in gloriam suam.
Et incipiens a moyse et omnibꝫ
prophetis: interpretabatur illis scip
turas in omnibꝫ que de ipso erant.
Et appropinquauerunt castello quo
ibant: et ipse se finxit longius
ire. Et coegerunt illum dicentes.
Mane nobiscum: quoniam ad uesper
ascit et inclinata est iam dies. Et
intrauit cum illis. Et factum est dum
recumberet cum illis: accepit panem
et benedixit ac fregit et porrige
bat illis. Et aperti sunt oculi eorum:
et cognouerunt eum. Et ipse euanui
it ex oculis eorum. Et dixerunt ad
inuicem. Nonne cor nostrum ardens
erat in nobis dum loqueretur in via
et aperiret nobis scripturas. Et
surgentes eadem hora regressi sunt
in hierusalem: et inuenerunt congregatos
undecim et eos qui cum ipsis erant.